

quod neutrum sit, sicut aquâ & melle permixtis, sit
mulsum, quod neq; mera aqua, neq; purum mel.

20. Nec *κοινωνίαν*, communicationem, hoc loco ac-
cipimus pro tali cauſatione, quâ cauſa aliqua alteri
subiecto effectum alterum aliquem tribuit: Sicut Deus
bonitatem suam creaturis, præceptor discipulo artem,
amicus amico consilium communicare dicitur.

21. Sed talem intelligimus Communicationem in-
ter diversas naturas, arctissimo vinculo copulatas,
quâ propria unius naturæ ita de toto *τριθυρούμενῳ* seu
complexo prædicentur, ut ab utrâq; eius totius natu-
râ minimè sint separata, sed alteri quidem, tanquam
subiecto primo, & primariæ cauſæ efficienti insint, &
propter hanc secundo subiecto & secundariæ cauſæ
efficienti, id est, ipsi toti individuo ex duabus naturis
constant reverâ attribuantur: atq; de hac *κοινωνίᾳ* ma-
ximè controvertitur.

- Termini*
prædicandi modum
speciantes.
Concre-
tum.
22. Termini, qui spectant prædicandi modum, sunt
Concretum & Abstractum.
23. *Concretum* in hac doctrinâ est vocabulum signi-
ficans totam personam in duabus naturis consisten-
tem, ut, *D e u s, homo, Filius hominis.*
24. Ubi tamen notandum, quod sæpius eiusmodi
vocibus ad alterutram naturam in illâ complexione
respiciarur, nempe *D e u s* principaliter notat divinam
naturam: *Homo*, humanam, idq; contingere in duplice
propositione in genere monet *Hafenrefferus*: I. In pro-
positionibus, quibus mysteriū incarnationis & uni-
onis personalis exprimitur, ut *Johan. i. v. 14. Verbum caro
factum est: Id est, D e u s est homo, i. Corinth. i. 15. v. 47.
Secundus homo est D O M I N U S de cælo.* II. In propositio-
nibus, in quibus de toto constituto naturæ seu partes
enunciantur, hæc est de C H R I S T O, D e u s aut homo
præ-